Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



LIPSIS

possidebit hec. et ero illi deus et
ipse michi filius. Timidis autē et
incredulis et execratis et homicidis
et fornicatibus et veneficis et ydo
latris et omnibus mendacibus
pars illorum erit in stagno igni ar
denti et sulphure qui est mors se
cunda. Et ueniet unus de septem
angelis habentibus phialas septem
plagis nouissimis et locutus est
mecum dicens. Veni et ostendam
tibi sponsam agni uxorem et sustul
me in spiritu in montem magnū
et altum et ostendit michi ciuitatē
sanctam hierusalem descendentem de celo
ad eo habentem claritatem dei. et lumen
eius simile lapidi pretiosi tamquam
lapidi iaspidis sicut christallum et
habebat murum magnum et alt
habens portas xii. in portis angelos xii
et nomina scripta que sunt nomina
xii tribuum filiorum israel. ab orien
te porte tres et ab aquilone porte tres
et ab austro porte tres et ab occasu
tres porte. Et murus ciuitatis ha
bens fundamenta xii et in ipsis xii
nomina xii apostolorum agni. Et qui
loquebatur mecum habebat mensu
ram harundineam auream ut me
tiretur ciuitatem et portas eius et
murum. Et ciuitas in quadro po
sita est et longitudo eius tanta est
quanta et latitudo. Et mensus est
ciuitatem de harundine aurea p
stadia xii milia et longitudo et lati
tudo et altitudo eius equalia sunt
Et mensus est muros eius centum
xl quatuor cubitorum mensura
hominis que est angeli et erat
structura muri eius ex lapide
iaspide ipsa uero ciuitas auro mū
do similis uitro mundo. Et funda
menta muri ciuitatis omni lapide
pretiosi ordinata. fundamentum
primum iaspis. secundum saphirus
tertium calcedonius. quartum smara
gdus. quintum sardonix. sextum
sardius. septimum chrisolitus. octa
uum berillus. nonum topazius. de
cimum crisoprassius. undecimum iacin
tus. duodecimum amethistus. Et xii
porte. xii margarite sunt. singulas
Et singule porte erant ex singulis
margaritis. Et platea ciuitatis au
rum mundum tamquam uitrum per
lucidum. Et templum non uidi in
ea. Dominus enim omnipotens deus tem
plum est et agnus. Et ciuitas non
eget sole neque luna ut luceant ei.
nam claritas dei illuminabit eam
et lucerna eius est agnus. Et am
bulabunt gentes per lumen eius et
reges terre afferent gloriam suam
et honorem in illam. et porte eius
non claudentur per diem. nox enim non
erit illic. Et afferent gloriam et ho
norem gentium in illam. Nec
intrabit in eam aliquid coinqui
natum aut faciens abominatio
nem et mendacium. nisi qui scrip
ti sunt in libro uite agni.

Et ostendit
michi fluuium aquē uiue
splendidum tamquam cris

Apocalipsis